

&c. necessariò utiq; admittunt *synecdochen*, & discedunt etiam ipsi à *literâ*, ut jam ostensum quæstione præcedente.

3. *An calix, vel quod est in calice, propriè & secundum literam dicatur TESTAMENTUM?* N. At *Bel. lib. I. de euch. c. II.* Observandum est, *inquit*, duo esse quæ nomine testamenti appellari solêt, Primò *ipsa voluntas testatoris*: ut *Ex. 24. 8. Heb. 9. 20. &c.* Secundò, *authenticum instrumentum*, quo continetur voluntas testatoris, & per quod acquirit hæres jus ad hæreditatem. Et hoc modo non impropiè vocamus *Testamentum vetus & novum, sacra biblia &c. nec non sacramenta &c.* unde *circumcisio dicitur signum fedus, & ipsum fedus Gen. 7. & utrumque propriè. Addit, in Matthæi verbis, hic est sanguis testamenti,* accipi vocem testamenti primo modo, id est pro divinâ promissione : in

L 2

ver-